

I. N. f.

GRAMMATICA FENNICA.

SECTIO I. Generalis.

Cap. I. De Orthographia.

§. I.

Iteræ Fenniæ sunt viginti quinques:
a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q.
r. s. t. u. y. z. ä. ö. ß

Ne mihi B. L. vitio, quæso, vertas, quod
accurato sane labore Auctoris Clarissimi, tanquam
superfluum quid addere videar. Intercessit mibi
cum Ipso, dum inter mortales ageret, amicitia;
erat literarum commercium: Sed erat etiam dis-
crimen eloquii, cum ille Botnicam unice amaret
dialectum. Et ad illam maxime suam nunc for-
marit Grammaticam; ego autem preferrem alias.

A.

Addo

Addo igitur in gratiam φιλοφεννων, quid mihi de natura & indole videatur linguae, que mihi est vernacula; non quod aliorum imprebem cogitata, sed quod & mea luci exponam, & amice modesteque in quibusdam dissentiendo, quedam etiam adjiciendo, pluribus patriæ meæ incolas delectem.

a Fennica, rectius omnino latine dixeris, quam Finnica. Fenniam, non sine causa Plinium Hist. Nat. L. 4. nominari se patriam nostram reperies, si conferre volueris, que de etymo vocis tradidit Nobilissimus Wexionius Gyllenstolpe Descript. Svec. Goth. & Fenniae L. 2. c. 8. & ex illo per quam Reverendus Mag. Ericus Cajanus Dissert. Graduali de Lingg. Ebrae & Fennicæ Convenientia, & tandem uberioris Ego in Aboa mea c. 2. §. 8. & c. 3. §. 18. quam ob rem & Fenni Tacito audimus, c. 46. Libri de Germania.

* Heic si indolem Linguae, penitus perspexerimus, inveniemus literas 26. scil. A b c d.e. à f g. h i. j. k. l. m n. o ð p. r. s t u. w. x. y. z. de quarum appellatione & valore, pauca accurius commentari e re fore arbitramur. Figura eadem, que Svecis & Germanis. Nomen, secundum genium Idiomatis aliquantum immutatum, valor simplicissimus.

Primam A nominant Fenni, ḡ clare enunciant, haud secus ac Sveci ḡ Germani.

Altera be dicta, est b durum, seu Hebr. ב dageſſatum; eodem, quo apud Svecos sono; duriori, quam apud Germanos, pronunciandum.

Tertia nomen sonat se; sed valor idem est ac k. u. Græc. Ἑ Hebr. usurpatur solum ante a, o, u, & k.

4. De, raphatum: ut ahdas angustum; fi-
dás/in rictu: haud secus ac in Svecorum ḡ Fa-
der / heder / ḡ hebr. הַדֵּר. sed post l & n,
est d durum, seu : ut in aldis paratus &
venalis; unda dat. sicut in הַדְּנָה & Svec.
& Germ. ander.

5. E, est e purum, clarum, nulloque modo un-
quam cum å / commutabile.

6. U/ idem ac Svec. å; Gall. ai; veterum Græc. ο.

7. Qiffå / Svec. & Lat. f. Græc. φ. litera puro
Fennonismo ignota, ob commercium Svecanæ
necessaria: ut in fangi captivus. Quod
naturales Fenni, Svecanæ ignari, efferunt
wangi.

8. Ge/ g durum, seu ב dageſſ. post n: ut ongi
hamus; sicut אֶנְגִּי, Germ. anger / &
Svec. ånger. Sed raphatum post vocalem,
& molliter pronunciandum; ut in fugun /
cognitionis.

9. Hå / h asperum, non hebr. justa litera, ut ceteræ, cœs notavit B. auctor.
10. J. i: vocale, chirek Hebr.
11. Je / j consonans; ḥ Hebr. litera ab i vocali diversa. videtur ergo B. Auctoris regula de i & u, quod initio Syllabæ, sequente vocali, fiant consonantes, ex Latinis Grammaticis, naturæ nominatarum literarum omnino ignaris, desumpta.
12. Rå / k seu ḥ, poni solet nunquam ante, a, o, u, nisi præcedat c: verum ante reliquas vocales omnes.
13. Allū. l l habent sonum & valorem, ut
14. Ummā. m. s in linguis fere omnibus vi-
15. Annā. n. J cinis.
16. U. å Svec. Gall. au vel eau, öμηρον Græc. Kametz chatuph Hebr. vel o Germ. in von/ Gött/ Dorff: non vero, ut in noth/ roth: nec ut o Svecum in ro/ bo: vel ω Græc. qui sonus mere Ferno impossibilis pronunciatus, licet figura conveniat. Quæ ergo nobis scribuntur cowä durus, poro rangifer, sopi convenit, efferuntur cœs Svetice scripta forent kåwa/ pårå/ sipi.
17. Ø. ø Svecum; eu Gall. in Dies, deux, ceux.
18. Pe. p, seu ø dagess.
19. Arr

§. 2. Vocales sunt octo: a. e. i o. u. y. å. ö.
 sunt autem vocales aliæ majores: a o u.
 aliæ minores å/ ö/ y. aliæ Mediae e. i. i&u
 initio Syllabæ, sequente vocali, fiunt con-
 sonantes y. ut Jumala / Gud / Deus; wi-
 ha / wrede / Ira.

19. **Arrå.** r |
20. **Usså.** s { notissimi ubivis soni.
21. **Ze.** t. |
22. **U.** u vocale, Hebr. Schurek: Græc. g. Gall. ou.
23. **Wu.** w consonans Hebr. v seu v raph.
 quod Specis & Germanis eodem modo scribitur
 atque sonat.
24. **Akså.** x seu ks, vel ξ Græc.
25. **Y.** y Spec. Gall. u, v Græc.
26. **Seta.** z. usitata nuspiam, prater quam
 post d. vel t. vid. B. Auctoris notam 4. proxi-
 me accedit ð vel þ ad pronunciationem th
 Anglorum, aliis linguis Europæis difficilimam.
- y De hac regula dictum ad literam u. f. quod
 vide. adde: quod si hæc valeret regula, vocees
 iæs / uiæ / uotæ / legende essent jes / wi / voti /
 contra sermonis indolem, priores cum unica
 vocali, prostrema cum duabus: licet hæc tres ha-
 beat illæ duas, sed in diphthongum coalescentes.

§. 3. Consonantes sunt septendecim: b. c. d. f. g. h. k. l. m. n. p. q. r. s. t. y. z.

Nota 1: h hic vere litera est, & cum alia consonante positionem facit: ut, nahca / skii / cutis.

2: Litera c facile careri potest, usurpatur tamen ad analogiam linguae Suecanae ex usu recepto, & adhibetur tanquam alternans pro k, ante a, o, u, & k.

3. Literas b g, d, f, naturales Fenni, ut Sawoni ignorant, & in motione ex-

δ Ex recensione nostra patet, consonantes Fennicas esse 18. b. c. d. f. g. h. j. k. l. m. n. p. r. s. t. w. x. z. Corrige ergo B. L. §. 33. cap. 3. Aboæ meæ, ceu a juvene, non dum penetrante idiomatis naturam, scriptæ. q nunquam & nuspiam in toto reperitur sermone Fennico; nisi quod vetustissimi codices impressi habeant qwin pro cuin, & qwinga pro cuinga / quod in sequentibus observatum est libris & emendatum.

ε Multa heic dicenda forent: primum quidem quod per Naturales Fennos videatur Author innuere illos, qui sermone utuntur purissimo, nihil ex aliis attrahente Linguis. Tales certe sunt Sawoni seu Sawolaxii in meditullio

ditullio Fennigiae habitantes, adeoque minimo
utentes commercio. Deinde, quod observan-
dum, B. Auctorem non heic modo, sed ubi s
loqui ex principio & fundamento sue sue
Botnicæ dialecti sibi optime vise, que tamen
ad huc sub judice lis est. A me sane hac in re
studium partium tanto certius atest, quod
seposito inordinato soli natalis amore idiomæ
agri Aboënsis, in quo natus sum & educatus,
plane improbem, & inclinem in illud, quoa
omnibus probatis, genio lingue inveni conve-
nientissimum. scil. in dialectum Satacunden-
sem; profecto non sine causa, publice rece-
ptam in versionibus Sacre Scripturæ, Hymnis
Ecclesiasticis, Libris precum, Regiis diploma-
tibus, aliisque scriptis publica auctoritate
editis.

Non imus inficias suum esse Botnicæ pretium,
ceus omnino copiose & luculentæ satis; proxi-
ma ei Savolaxica est, seu Savona secundum
Auctorem nostrum. venustior hisce Tawasten-
sis; Austro-& Borea-Fennica quam Aboice
nomine complectitur Noster deterior est, quippe
partim Sueca contaminata, partim correptiori
sono injucunda: Carelicam, Esthonicam,
Lapponicam, Ingricam, peregrinis multum
mistas, ultra dimidium fere, relegamus... Post

cludunt s. Attamen b post m; d & g post n facilius pronunciantur.

4. tz in pluribus dialectis pronunciatur paulo aliter quam tb, pauloque fortius quam s blæsum. ξ

5: s, b, & t, sæpe alternant: ut, homesh/
homes/ hemet/ mögel/ situs θ.

6. N ante m mutatur in m. & t ante c

ea ξ hoc notamus, quod pace B. Viri, Nobis certe estimatissimi, dixerim; fateri ipsum b post m, d & g post n facilius pronunciari: ξ preterea certum esse plures Fenniae incolas iis uti, quam omittere: Nulla igitur est caussa, cur naturales Fenni literas illas ignorare dicantur.

ξ Sunt que non excludant; ut, ongi hamus Gen. facit ongen: wangи plastrum sceni, wangen; langa filum, langan: sang'a ansa lebetis, sangan. Sic in verbis: canda portare, in Fut. Part. candawa / ξ Præt. Part. candanut: ambua jaculari, pariter facit ambuwa / ambunut.

ξ Hac de re vide notata ad Lit. 26. seu z.

ξ Australioribus terminatio homes ignota: home ordinarie dicunt. Tavastenses etiam homet. (1) Hac

vel k, in c. n ante c vel k, mutat sonum.
Sic n ante p, sonat ut m. p & w, item j & k
sæpe convertuntur: ut, halpa/ halwan/
ringa/ vilis; seiwås seipähån/ stör / fustis,

Hæc nota Fennis australioribus obscurior obvenit, n quidem in m mutari contingit in statu affixo; nimirum ex Gen. catan piscis, calam=me pilces nostri. Sic in formatione prime plur. verborum, ut, teen facio, teemme facimus. t ante c vel k, etiam quibusdam in suffi= xione transit: ut ihmiset homines, ihmiseckin etiam homines; quod tamen rectius ihmisetkin. n ante c vel k, nunquam austra=liores agnoscimus, nec in scriptis reperitur publicis; sed g post n locamus: ut ongo est=ne: nec n ante p unquam, sed b: ut, est, omhi cum adjectione paragogica, & tunc n in m mutatur. p & w; item t & j, in forma=tionibus casuum convertuntur: ut, halpa halwan; hárkå hárjån taurus, ex quibus etiam patet ejus rei veritas, quod j & w sint literæ ab i & u diversissimæ, prout in recen=sione literarum tradidimus supra. Nunquam enim consonans cum vocali converti seu per=mutari solet; sed vel vocales inter se, & consonantes inter se. Heic ergo cum j & t

§. 4. Diphthongi sunt sedecim: ai, au, ei / eu / ie / iu / oe / ou / ui / uo / yi / yd / åi / åy / öi / öy. Ut *caula* / *fnösske* / *tomes*; *seula* / *fram-stamm* / *prora*; *reikå* / *hohl* / *foramen*; *loucko* / *wrå* / *angulus*; *kåhrå* / *ekokot* / *curvus*; *tôgrå* / *backa* / *clivus*; *laista* / *laat* / *piger*; *liucas* *haal* *lubricus*, quæ bisyllaba: *loi* / *skapade* / *creavit*; *tað* / *arbete* / *labor*; *mhi* / *han* *sälde* / *vendidit*; *ldi* *llog* / *veröeravit*; *juo* / *drick* / *bibe*; *ui* / *sunm* *nata*; *tåi* / *lus* / *pediculus*, quæ monosyllaba sunt. □

permutentur, nec non p & w/ certum est omnes natura esse consonantes.

ut lucide magis res proponatur, addimus exempla secundum diphthongorum seriem: *hai*-*sta*a odorare; *caula* collum; *heittå* / ja-*cit*; *seula* / *cribrum*; *miecka* ensis; *hiucka* minimum quid, *atomus*; *coira* canis. *soucka* arctus; *luico* olor; *cunera* bisyllaba suo palus; *mhi* vendidit; *yd* nox; *jåt* relictus est; *kåy* it; *sdi* comedit; monosyl-laba. & kôysî funis.

Cap. II. De Projodia.

Ultima Syllaba nunquam accentum habet, nisi sit vox monosyllaba, quales paucæ: bisyllaba in priori; trisyllaba in antepenultima accentum habent: omnes aliae in prima. Seu accentus semper primam syllabam occupat. λ

Omnes vocales natura breves sunt. positio, diphthongus, & vocalis geminata, longam faciunt.

SECTIO II. Specialis,

De Etymologia.

Partes Etymologiæ octo, ut apud Latinos. μ

λ De accentu, nescio an satis accurate rem pensando scripserim in Aboë meæ Cap. 2. §. 33. quod Euphonicus semper sit in prima, etiamsi sequentes præterea tonicum admittant; cum nunc consentiam potius Nostro, ceterisque fere omnibus, idem recte sentientibus. Tonus certe in prima semper est, Euphonicus saepe in aliis: Et hinc maxima difficultas hujus lingue addiscendæ nationibus ceteris.

μ Presente commode ad numerum reduci quinam scil. Nomen, Pronomen, verbum,

Par-

CAP. I.

De Nominine.

Nomini accident septem: *Status*, *Numerus*, *Casus*, *Declinatio*, *Comparatio*, *Figura*, *Species*.

Nota: nullum discrimin Generum est in hac lingua: quod in genere est notandum.

De Statu Nominum.

§. I. Status est duplex: *Absolutus*, & *Affixus*.

Absolutus ut, *thy*/arbete/*labor*, *ruoca*/*maat*/*cibus*; *palcta*/*löön*/*præmium*. *Affixus*: ut, *thy**ni*/mitt arbete/*labor meus*; *ruocas*/*tin maat*/*cibus tuus*; *palckansa*/*sin* *lön*. *præmiam suum*.

Nota I. Status affixus fit ex absoluti Nominativo in 1. Declinatione; sed e genitivo in 2. & 3. addendo affixum, & aufferendo *n* finale: ut, *leipå bröd* *panis*; *lei-*
påni/

Participium, & Particulam. *Vel si quis malit etiam Participium ad Nomen referre, me non habebit adversarium.* Pronomer separatim considerari oportet propter affixa, que alii Parti accenseri nequeunt.

påni / mitt bröd panis meus : ilwes / loo lynx ; ilwexeni / min loo / lynx meus.

2. S in Gen. absoluto in d mutandum, item post r / mutatur in t / & i in e, scil. in
§. Declinatione : ut , Käsi / hand manus,
Gen. käden ; käteni / min hand / mea manus : wirsi / wisa / Ode ; wirteni / min wisa ode
mea .

§. 2. Numeri nominum sunt duo : singularis : leipå bröd panis ; kiwi / steen lapis :
Pluralis, leiwåt / brödden / panes ; kiivet /
stenar lapides.

§. 3. Casus nominum sunt quatuordecim.

- | | |
|---------------------------------|---------------------------------------|
| 1. Nominativus. | 9. Privativus. |
| 2. Genitivus. | 10. Negativus. |
| 3. Dativus. | 11. Factivus vel Mutativus. |
| 4. Accusativus. | 12. Nuncupativus. |
| 5. Vocativus, | 13. Penetrativus. |
| 6. Ablativus. | 14. Instructivus vel Descriptivus. |
| 7. Locativus. | |
| 8. Mediativus vel organicus. | |

⁹ Forte hoc modo clarius : s in Gen. abs. in d,
vel post r in r mutatum, heic transit in t.

¹⁰ Necessarius hic casuum numerus tot enim sunt

§. 4. Declinationes Nominum sunt tres. Prima est desinentium in vocalem: ut cala fiscus pisces. Secunda est parasyllabicorum desinentium in nen: ihminen / menistia homo; hewoinen / hast equus; iloinen / glad / hilaris; jyväinen / litet forn semen minutum.

terminaciones flexi Nominis in statu absoluto. Et licet hi casus vim habent inclusæ præpositionis; non sunt tamen compositi ex nomine et affixo; sed omnes pari jure ex Nominativo simpliciter fluunt. Primi 6, iidem sunt, qui in linguis cæteris. Septimus vero seu Locativus, significat continens aliquid in sese: ut calasa in pisce. Octavus seu Mediativus vel organicus, duplicum habet usum: aut enim medium dicit, quo aliquid fit: ut lõmiecalla feriit gladio: aut retinens est: us leiwällä on / pani est. Nonus seu Privativus verus est ablativus; in eo a priori differens, quod ille explicetur per de vel ex; hic vero per a vel ab: Us, calasta / de vel ex pisce; ille ablationem rei inhaerentis, hic adhaerentis dicat: nisi quod ille etiam objecatum sermonis notet; ut puhui ihmisestä loquebatur de homine. Decimus seu Negati-

gativus: calata sine pisce. Undecimus,
 Factivus seu mutativus, ostendit quid res
 fiat, mutetur reapse vel nominetenus: ut, sa-
 noi calaxi dixit esse piscem; teki h̄ywāxi
 fecit ut esset bonum vel in bonum mu-
 tavit. Duodecimus Nuncupativus statum
 rei praesentem, preteritum vel futurum: lasna
 cum esset infans: mustana cum sit niger:
 cuollena mortuus existens vel futurus.
 Decimus tertius Penetrativus, immittit a-
 liquid in rem: patahan in lebetem sc. quid
 infudit. Decimus quartus Instructivus (quod
 quidem nomen non videtur tam bene conveni-
 re, quam) Descriptivus, innuit, quomodo
 quid fiat: ut, carin kāsin ambabus ma-
 nibus, pahein mielin ægro animo; warz-
 cain furtim seu furum instar. In ordine
 borum casuum, non pigebit forte naturam se-
 qui, adeo ut 1. locem Nominat. 2. Nun-
 cup. qui non est aliud, quam Nominat. mo-
 dificatus. 3. Vocat. qui etiam rectus est.
 4. Accusat. nam ē hic fere purus est ē li-
 ber ab aliarum rerum conjunctione. 5. Fa-
 ctivum, valde affinem accusativo. 6. Me-
 diativ. qui rem in relatione locat. 7. De-
 script. nihil plus rei addentem. Jam se-
 quentur, qui rei aliquid vel addunt, vel de-
 munt:

Tertia est Impar syllabicorum, desinens
tum in N, S, T: ut, siemen / sād / frō / se-
men. Gen. siemenen; fijtos / berōm laus,
kijtoxen; wāshynt / trōtt laslus, wāshynehen. π

§. 5. Paradigma Primæ Declinationis
singulariter.

1. Nominativo Cala / fisk piseis.
2. Genitivo Calan / fiskens piscis.
3. Dativus Calalle / åth fisken pisci.
4. Accus. Calaa / fisken piscem.
5. Vocativo Cala / fisk piseis.
6. Ablat. Calasta/om / och uti fisken de,
ex pisce. 7. Lo-

munt: ut 8. Genitivus, in genere ostendens rei aliquid adesse vel inesse. Quod 9. Dat. specialius ostendit rei quid additum esse,
& 10. Penetrat. inditum. Unde 11. Locat. dicit aliquid in re esse. 12. Privat. a potestate ejus auffert; 13. Ablat. ex rei complexu. 14. Negat. tandem rem plane removet.

π Heic quidem Auctōr Genit. casum innuere voluit, ex dialecto Botnica interserens literam h, que Locativi est characteristica, recte interim sonante Genitivo wāshyen; quod omnium Declinationum analogia monstrat.